

www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62470>

[Commentarii Hieronymi in Aggeum prophetam]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A oblitus sumus te: neque inique egimus in testamento tuo: nec recessit retro cor nostrum. Ea igitur quae in tetationibus uidebatur abiecta: suscipiet dominus in fine, & ponet eos in gloriam & nominatos in uniuersa terra: filios uidelicet expressae & repulsae, id est, ecclesiae. Quos autem alios possumus intelligere filios ecclesiae nominatos nisi apostolos: Vide mihi Petrum et Paulum & Mattheum & Ioannem: et considera hoc quod ad Abraham repermisum est: Magnificabo nomen tuum, in illis opere perpetratum. Quotidie nominatur in ecclesia: quoti die magnificatur nomen eorum: non quod ipsis posita non bis in ecclesia nominari: sed quod nos magnificantes nomen eorum, & quae scripserat lectiones, cōsequimur salutem. In tempore, inquit, illo quando expressa et repulsa suscepta fuerit, & filij eius positi in gloriam. Gloria, tunc quippe dominus in athletis suis, cum eos uiderit coronari: sicut gloriatus est aduersus diabolum de Iob. Vnde & Apostolus in profectu discipulorum suorum

exultans ait: Etiam per uestram gloriam confundetur qui aduersarij uestri fuerant, & tulerant contra uos opprobrium: & tunc uidebunt eos quos miseros putauerant esse felices: & quos pauperes existimabant atque deiectiones, potentes fieri atque gloriosos. Tunc cernent captiuitatem eorum per quam in hoc seculo duro fuerant imperio subiugati, reduci in caelestem Hierusalem: sedque resurgere in opprobrium & in confusionem eternam. Tribue nobis Iesu Christe expressis & afflictis & repulsis in isto seculo, ut nos recipias & ponas in gloriam, confundatur quod superbit, cessent sibi, uenena torpeant, & confusio eius proficiat ad salutem. Hec iuxta Septuaginta. Hebraicum autem quia excepto principio, de quo in fine superioris capituli diximus: non multum ab eorum translatione distat: indigere expositione non arbitror.

Comentarij in Sophoniam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN AGGEVM PROPHETAM ad Paulam & Eustochium prologus.

Secundo anno Darij regis Persarum filij Hystaspis, septuagesimum annum desolationis templi fuisse completum, quem Hieremias uaticinatus est: Zacharias quoque propheta testis est: qui cum uisionis suae titulum in secundo anno eiusdem regis, undecimo mense sabat, uicesima quarta die praeposuisset, adiecit dicens: Domine exercituum: usquequo non misereberis Hierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Sed & Esdras extructo tantum altari, & iactis fundamentis templi: ad literas regis Artaxerxis prohibitum opus refert: Tunc intermissum est opus domus dei in Hierusalem: & non fiebat usque ad annum secundum regni Darij regis Persarum: statimque addidit: Prophetauerunt autem Aggeus propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudaeos qui erant in Iudaea & Hierusalem in nomine domini Israel: Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech: & coeperunt aedificare templum dei in Hierusalem, & cum eis prophetae dei adiuuantes eos. Quo tempore apud Romanos septimus a Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperij uicesimum septimum, qui post octo annos expulsus est a Bruto: ac deinde rempublicam per annos quadringentos sexaginta quatuor, usque ad Iulium Caesarem consules administrauerunt. Hoc propterea o Paula & Eustochium diximus, ut de ipso statim titulo, qua aetate Aggeus propheta cecinerit, agnoscat. Sciendumque est interim iuxta litteram, magni spiritus & Aggeum fuisse & Zachariam prophetas: ut aduersum Artaxerxis regis edictum, & Samaritanos gentesque cunctas per circuitum, aedificationem templi impediens iuberent templum extrui: Zorobabel quoque & Iesum filium Iosedech & populum qui cum eis erat non minoris fidei: ut prophetas magis audirent iubentes, quam prohibentis regis imperium.

COMMENTARIUM HIERONYMI in Aggeum prophetam.

In anno secundo Darij regis &c. Quia populus qui uidebatur sibi redisse de captiuitate, necdum aedificauerat templum, nec mu-

ros extruxerat ciuitatis, nec habebat gloriam pristinae Hierusalem: sed habitabat in domibus co-

cauis: & ut significatius Graece dicitur *κοιλος αδμοις*, id est, deorsum positus & in conualle demersus: propterea non ad eos sit sermo dei sub rege Ezechia, siue Amon,



MANNO secundo Darij regis in mense sexto, in die una mensis, factum est uerbum domini in manu Aggei prophetae

AGGEVS

ne: & prima sententia ineruditi adhuc hominis, & eiectionis de paradiso custodiebat: Crescite & multiplicamini, & implete terram. Ergo quia Darius amator erat

coitus

W173

Gene. 1.6

A coitus, & socius draconis: cuius ois uirtus in lūbo est: idcirco in secūdo anno uisio populo cernitur, in immundo numero: & post unionem uirginitatis & paradisi nuditatem, tunicas significāte pelliceas. Deniq; in Genesi cum in primo die dictum sit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in sexto post consummationem operum singulorū: Et uidit deus quia bonum est: In secūdo, iuxta Hebraicum & Aquilā & Symmachum & Theodotionē non habetur. Neq; enim poterat secundus dies qui numerū facit, qui ab unione diuidit, quod bonus esset, dei sentētia comprobari. Mensis quoq; sextus ascribitur, qui non habet solennitates dei, sicut mēsis septimus: sed uicinus est dierum sex, in quibus factus est mūdus. In quo laboratur, & in sudore faciei comeditur panis: & terra generat nobis tribulos et spinas: & cū semētē acceperit tritici: lolio magis auenisq; fecunda est. Sed quia iam altare aedificatum fuerat: & aduersum repugnantes hostes templum uoluerant extruere, nec extruxerant. In uno die mensis sexti, factum est uerbum domini in manu Aggei prophetae ut deferens populus secūdum annum Darij regis, qui ab unione diuidit: & sextum mensem qui praterierat, & qui numerus labori deputatur: ad unionem reuerteretur dei: & imparem numerum solumq; sequeretur: quem mūdum esse gentilis quoq; poeta nouit, dicens: Numero deus impare gaudet. Fit autem uerbum domini quārēs ad quem ueniat: & quem doceat, in manu Aggei prophetae, qui bona habebat opera: et in cuius factis poterat dei sermo requiescere. Porro ubi manus sanguine plenae sunt, & interficitur Iesus: & audet populus dicere: Sanguis eius super nos & super filios nostros: ibi non fit sermo dei. Vsq; hodie immundas habens manus carnis Israel, extendit eas ad dominum: sed quia sanguine plenae sunt: loquitur ad eos dominus per prophetam: Si extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis: manus enim uestrae sanguine plenae sunt. Non fit in manibus eorum uerbum domini: quia immundae sunt: non uenit ad eos sermo dei, quia in se occidere sermonem dei. Nec putādum in manu tantum Aggei prophetae factum esse sermonē domini: Sed quia Aggeus interpretatur festiuus: omnis qui potest festa celebrare: non in fermento ueteri maliciae & nequitiae, sed in azymis synceritatis & ueritatis: potest dei recipere sermonem. Habemus & nos mūdās manus: & uocemur *εὐχαριστοῦντες*, id est, festa celebrātes: & ad nos fiet sermo dei. Proponamus aīe oculos nostros, galax spiritualis est, spirituales solēnitates: de quibus scriptum est: Tribus tēporibus mihi festa celebrabit in anno: Solennitatem azymorum custodietis: septem diebus comedetis azyma: sicut praecepi tibi in tempore mēsis nouorum: in ipso enim es egressus ex Aegypto: Non apparebis in conspectu meo uacuus: Et solennitatem mēsis primitiuorum de operibus tuis quaecūq; seminaueris in agro: Et solennitatem

consummationis in exitu anni in congregatione operum tuorum de agro. Si uoluerimus in nobis fieri sermonem dei: simus Aggei, id est, festa celebrantes: & non appareamus in conspectu dei uacui, seminantesq; in spiritu metamus aeternam uitam: ut celebremus solennitatem primitiuorū de operibus nostris, quaecūq; seminauerim⁹ in agro cui benedixit dominus. Simus quoq; Aggei: & per omnē uitam nostram usq; ad cōsummationem anni, id est, usq; ad exitum de seculo isto, celebremus festa in operibus nostris, quae nobis orta sūt in agro nostro. Multa sunt, & non huius temporis quae de solēnitate dicantur: quibus potest de omni scriptura lector diligens coaptare intelligentiam spiritua- lem. ¶ Ad Zorobabel filium Salathiel, ducē Iuda: & ad Iesum filiū &c. ¶ Legimus in Paralipomenon: Ieconia qui in Babylonē ductus est filiū fuisse Salathiel, de quo natus est Zorobabel. Quod quidem & Matthaeus generationē saluatoris enumerans ait: Post transmigrationem autem Babylonis, Ieconias genuit Salathiel: Salathiel autē genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud. Hic Zorobabel de tribu Iuda, hoc est, de Dauid stirpe descendēs, typus est saluatoris: qui uere destructum edificauit templum, id est, ecclesiam: & reduxit populum de captiuitate. Et tā de ueteris templi lapidibus, quā de nouis qui prius fuerant impoliti edificauit ecclesiam: id est, & de reliquijs populi Iudaici, & de gētium multitudine, deo patri extruxit tabernaculum. Interpretatur autem secundum multiplices Hebraici sermonis accentus, uel *ἡ εὐχὴ τοῦ πνεύματος*, id est, fluxus adiacens, siue expositus: uel ortus in Babylone, uel princeps de Babylone. Prima interpretationi ille fluxus cōtrarius est, qui significat in uocabulo Iezabel, id est, fluxus uanus, uel fluxus mēstruata: qui utiq; manifeste immundiciā sonat. Sed & Zabulō, fluxus noctis exprimit. Relinquētes ergo huius mūdi uanū & sordidū fluxum atq; tenebro sū: seqmur fluxū Iesu, qui nobis expositus est ad bibēdū, & largissimo fonte se praebet: iuxta illud qd dicit in euāgelio: Stabat Iesus in tēplo & clamabat, dicens: Si q̄s sitit, ueniat ad me & bibat. Et hūc ipsū tūc poterimus bibere, cū petierimus à deo patre: iuxta q̄ legim⁹: Petite, & dabit uobis. Salathiel q̄ppe interpretat, petitio dei. Etnemo uenit ad Iesū, nisi eū adduxerit pater. Nasceit ergo nobis fluxus, expositus p̄ obsecrationē dei: & erit de tribu Iuda, regia scilicet, & cōsūtēte uel laudante deū: quia Iudas utrūq; sonat. Porro ortus in Babylone, secūdū historiā quidē uere de Zorobabel dicitur, quia ibi natus est. Sed & iuxta altiorē intelligētiā dñm nostrū Iesū sonat: quia ipse q̄q; natus sit in cōfusione huius seculi: & fuerit prope grauissimū flumē Chobar: & uiderit magnam uisionem illam quā sub typo eius Ezechiel in uoluminis sui cernit exordio. Quod autē dixi interpretari Zorobabel principē de Babylone: nō q̄ uere princeps interpretet hoc dixi: siq̄dē apud Hebraeos ex trib⁹ integris nomen

Esa. 1. d

1. Cor. 23. b

Exo. 23. b
Deut. 16. c

1. Par. 36

Mat. 1. b

D

אֶבְיָרָה

אֶבְיָרָה

Ioan. 7. f

Mat. 7. d

Ioan. 6. c

Ezech. 1. d

A nomen eius traditur esse compositum. ^א enim dicitur iste ^{בב} magister, siue maior ^{בב} proprie Babylonium sonat: et efficitur nomen Zorobabel: iste magister de Babylone. Sed ad compendium intelligentiæ pro supradictis minutis, principē uolui interpretari de Babylone, siue in Babylone. Ut quomodo Iesus filius Naue: qui & ipse in typo saluatoris fuit, de solitudine populi in terrā repositionis induxit: Sic & iste propterea ortus in Babylone

ne sit: ut eos qui erāt in Babylone, reduceret in terram repositionis, de qua captiui abducti fuerāt: & his qui erant in uinculis diceret: Exite. Et qui sedebant in tenebris: illuminamini. Sermo uero domini qui factus est in manu Aggei, non solum ad Zorobabel dirigitur filium Salathiel, de quo iam diximus: sed & ad Iesum filium Iosedech sacerdotē magnum. Quātum ad historiam pertinet, alter est Zorobabel de tribu regia: & alter Iesus de tribu sacerdotali. Quantum uero ad intelligentiam spirituale: unus atq; idem est dominus noster atq; saluator, rex & magnus sacerdos: cuius typum secundum id quod rex erat, portabat Zorobabel: secundum id autem quod pōtifex erat, portabat cognominis eius Iesus: qui interpretatur deo salus, id est domini salus: & est filius Iosedech: quod & ipsum in linguam nostram uertitur ^א id est, deus: ^א id est, iustus. Iustus enim & sanctus deus pater, & deus filius: & non est in ipso iniquitas. Aduersus Marcionem & ceteros hæreticos, qui aliterius boni, nescio cuius dei filium, & non creatoris quem iustum uocant, asserunt dominum saluatorem. Et uere est Iesus magnus sacerdos: cui omnes dei antistites cōparati, parui sunt & nihil. Si enim iste magnus dicitur sacerdos, utiq; ad distinctionē eorum dicitur qui minores sunt. Minores autem sunt omnes qui extra eū & post eum sunt: ut quomodo primogenitus est omnis creaturæ, & primogenitus ex mortuis: sic princeps & magnus sit in uniuersis sacerdotibus. ^a ¶ Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit, nondum uenit tēpus domus dñi edificandæ.] Diligenter attende quod non Zorobabel uel Iesus dicant: nondum uenit tēpus domus domini edificandæ: sed populus qui adhuc sub Dario rege constitutus, necdum iugum seruitutis excusserat: Semperq; qui captiuitate retinentur, & egressi sunt de Hierusalē, differunt & morantur edificare templum dei, & dicūt: nondū uenit tempus domus domini edificandæ. Et tu quādo uideris aliquem egressum de ecclesia, qui traditus fuerat satanæ in interitū carnis ut spiritus saluus fieret, cogitare atq; disponere ut ædificet templū per pudicitiam, quod per libidinem ante destruxerat: & tamē diem de die trahere: dic ad eum: Vere & tu de populo es captiuorum: & tu dicis: nondum uenit tempus domus domini edificandæ. Qui semel decreuit instaurare templum dei: huic omne tempus aptum est ad edificandum: nec rex diabolus potest impedire, nec hostes per circuitum, nec pietas simulata parentum, affinium, liberorum: statim ut cōuersus inclamaueris nomē domini, dicet: ecce adsum. ^b ¶ Et factum est uerbum domini &c. ut habitetis in domibus laqueatis.] Siue ut Lxx. interpretati sūt, ^{κοιλωσθησονται} id est cōcauis. In ea dē die qua supra rursus uidetur hæc uisio: Et proficientibus prophetæ operibus, prophetiæ quoq; dona succrescunt: & habito paulisper silentio, ad id quod dixerat populus: nondum uenit tempus domus domini edificandæ: profertur domini quasi cogitata responsio: & dicitur ad eos: Ergo ne tempus est, ut uos habitetis in domibus deorsum sitis, & in cōualle positisi: & mea domus quæ in mōte est deserta erit: siue ut habetur in Hebræo: ut habitetis in domib. laqueatis: id est, ornatis atq; compositis: & quæ nō tā ad usum sunt quā ad delicias: et habitaculū meū in quo fuerūt sanctificatorū: & cherubim & mēsa propositionis, pluuijs rigabitur: squalabit solitudine: sole torrebitur: Porro secundum anagogen: Omne tempus quo habitatio uallis eligitur, uel seruimus delicijs, importunū est. Vnde & Stoici quibus curæ est uerba singula definire, tempus dixerunt esse correctionis siue efficientiæ: quod significantiū Græce dicitur ^{χρόνος είναι κατ' ὀφέλιμον} Omne enim tempus in quo non uirtutibus, sed uitijs deseruimus perit: & quasi nō fuerit, reputatur in nihilum. Si quis ergo de nobis, uel in cōualle habitat, uel in uoluptate & luxuria seculari suam contignat domum: Iste templum deo non edificat: nec habet dominus in eo ubi caput suum reclinet: & cū uulpibus ædificat domū, habitaculū quoddā dei patī esse desertum. ^c ¶ Et nūc hæc dicit dominus exercituum: ponite corda uestra &c.] Non sit aliud loquentis tempus & aliud faciētis: præcepta mea statim in opus uertite: Dominus enim est omnipotēs qui præcipit: & utiq; nō leue est dei omnipotentis imperiū. Habuistis hucusq; corda uestra uitijs seruitiā, sine ordine, sine præceptore: quocūq; trahēbāt desideria pergētes. Nūc autem dominus uobis præcipit, ut ordinetis in se charitatē, & ponatis corda uestra super uias uestras: ut nihil absq; iudicio et cōsideratiōe faciatis, sed semp ante pedes uestros legalis lucerna præcedat, & dicatis: Lucerna pedib. meis lex tua, & lux semitis meis. Vel certe ita: quia dicitis nō est tēpus edificandæ domus domini, & ipsi habitatis in habitaculis quæ sūt in imademersa: domus autē mea deserta est: cōsiderate iubente me dño, & uos in memoriā redigite quæ feceritis, & quæ passi sitis. ^d ¶ Seminastis multum &c.] Omnis labor uester qui ædificastis domus uestras

A precipitur, nō extra uias nostras ponere corda nostra: sed quæ prius posueramus, rursus ponere in uis nostris: & postq̃ hoc fecerimus, ascendere de domibus cōcauis in montē: ut cum peruenerimus ad sermonis altitudinem, in quo necessaria ad ædificationem templi

dei ligna sunt: de omni scripturæ sanctæ monte, in quo uaria uirtutū & paradisi ligna plātata sunt præcidamus ea: & ædificemus ea templū domini operibus bonis, & dogmatibus ueritatibus: quod cū fuerit extructum, placeat domino ut glorificetur in eo. Igitur quia hæc mandata

sunt nobis, ut ponamus corda nostra in uis nostris: ascendamus in montē rationabilem: & ad singula problemata, cōgrua de testimonijs scripturæ ligna quærentes, præcidamus ea, & ædificemus domū sapiētiae in nobis: postq̃ enim hæc fuerit extructa, finis ædificatiōis eius erit, ut dominus glorificetur in nobis. a ¶ Respexistis ad &c.] Ut abie

cta mora & omni ambiguitate deposita, studiosius ædificetis domū meā, dico & aliud quod uobis acciderit, qui distulistis ædificare domū meam: nō ut supra: Seminastis multum, & quia semētem terrā nō reddidit, intulistis parū: sed cum iam candescerent segetes, & messium tempus instaret, & frumēta uos tenere in manibus putaretis, messuistis uacuos culmos, & inanes stipulas sine spicarum frugibus cōgregastis. Plenæ erant ares, spes in oculis, lucus in manibus. Sed & hoc quoq̃ ipsum quod uix de multa segete & infinitis aceruis fuerat electum, intulistis in domū, & mea uirtute dispersum est. Exufflaui enim illud & redegī ad nihilum: quia frumentū emortuū, & uacui folliculi, quæ utilia eius sunt, farinā & similia non habebant. Potest autē hoc quod dixit: intulistis in domum, & exufflaui illud: & de donarijs accipi quæ offerebant in altari, & deus exufflauit ea: Sed quia dixit, intulistis in domum: si ea quæ illata sunt donaria intelligimus: utiq̃ in templo oblata dicimus: Et non nobis congruet: quia eo tempore domus dei adhuc ædificata nō fuerat: quod quidē usq̃ hodie pleriq̃ contingit qui habitāt in ædificijs humilibus: & quantum in se est, despiciunt desolatā domum dei: & cū possunt ædificare contemnunt: & quasi iam uidentes maturas segetes, fructus sibi suorū operum reprimunt: & fallēte spe, pro magnis uix parua reperiunt: Sed & hæc quoq̃ parua, quæ in domum & horreum mentis cōdiderant: exufflantur à sermone dei, quasi indigna eius custodia atq̃ tutela. Quoties uidi ego tam in doctrina q̃ in conuersatiōe de quibusdam sperata plurima: & postq̃ uentum est ut haberent tempus messium: id est, tempus docē-

di, uitamq̃ suam in exemplum præbere populorū, de excello præcipitatos: & minus inuentum in eis q̃ opinio sibi omnīū promittebat. Vnde accidit ut paulatim negligentia subrepente: paruum quoq̃ ipsum quod uidebantur habere perderent. Hoc au-

tē idcirco perperesunt: quia securi fuerunt in pristinis domibus suis: nec ascenderunt scripturarum montē, ædificationis de eo dominicæ ligna cēdentes: nec extruxerunt in se quotidiē domum domini, sed despicientes eius desolationem, etiā id perdidere quod se habere credebant. Supradicti

enim mali hæc causa redditur. b ¶ Quamobrem dicit dñs &c.] Non solum, inquit, cœli pluuiā non dederūt, quibus irrigata humus fruges facit, sed ne rorē quidem matutinū atq̃ nocturnū: ut arentes agri, saltem humore modico tēperarent. Terra quoq̃ deuorauit, agricolis nō redditura sementē, & quæ spōte solet gignere, auaro sinu tenuit. Ego hūc arbitror esse rorē, de quo in benedictiōe dicitur ad Iacob: Det tibi deus de rore cœli, & rorē Hermō qui descendit super montem Sion, & descendit non de

Gen. 27. d

aere, in quo multiplex uolitat aquilarum accipitrum & uulturū numerus, sed de cœlo: ut si cuius anima ardet perturbatiōibus & iaculo diaboli uulnerata est, refrigeretur hoc rore, & æstus suos temperet. Quo retento, terra quoq̃ non affert germen suū. Neq̃ enim sine rore Christi potest ulla anima afferre frumenta. c ¶ Et uocaui siccitatem super &c.] Pro siccitate Lxx. *σομφαια*: id est gladium

Psal. 132. 4

translulerunt, sed & in Hebraico tribus literis scriptum reperi *ב ר נ* Quod si *בר נ* legimus, gladium sonat: si *בר נ* id est *καὶ να*, quod nos translatus siccitatē: licet melius in urentē uentum transferri possit. Et reuera quoniā sermo de terra est, & de agrorum sterilitate: magis mihi uidetur uentus urēs in præsentī loco intelligi debere q̃ gladius: licet omnis plaga quæ propter peccata hominibus inferatur, possit & pro gladio accipi. Vocata est autē siccitas, siue gladius super terrā et super montes: ut non proferāt triticū, & uinū & oleū, & quæcūq̃ sponte generat humus. Præcedente autē fame, cōsequenter super homines, & super iumenta mors uenit. Et idē gladius uel uentus urens, omnia quæ manus hominum laborauere consumit. Vocatur

Hebr. 4. c

itaq̃ uel inducitur uiuēs sermo dei, & efficax & acutus super omnem gladium bicipitē, ut anima negligens quæ terra interpretatur arens, & magis in concavis habitare q̃ domū dei extruere desiderat, eius mucrone feriat, & quicquid fructuū se putat habere disperdat. Infertur etiam gladius super montes eleuantes se aduersus scientiā dei, & super frumen-

A frumentum, & uinum, & oleum: quibus quasi cibis & potu & refectioe, hæreticorum conciliabula deceptis populis blandiuntur. Congrue quis dixerit panem illorum esse panem luctus, & furorẽ draconum esse uinum eorum, & furorẽ aspidum insanabile: Oleũ quoq;

Psalm. 140. b

repromissionẽ de celestibus: q̄ quasi unguunt discipulos, & laborũ præmia pollicent, quæ detestatur propheta dicens: Oleũ autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Sed & alia quæ absq; autoritate & testimonijs scripturarum quasi traditiõe apostolica spõte reperiunt atq; cõfingunt, percutit gladius dei: homines aut & iumenta, uel λογισμοὺς & αἰσθήσεις, id

est cogitationes & sensus eorum accipiamus. Vel certe rationabiles in eis & irrationabiles, id est doctos & indoctos pariter, & omnem laborem manuum, & ieiunia eorum & obseruationes uarias, & χαρμύναις, id est humi dormitiões. Qui tribus quæ dragestimis per annum ieiunantes, & ἡγοφωγίαις humiliantes animã suam, & uel maxime de Taciani radice crescentes, super huiuscemodi laboribus audiunt: Tanta passi estis sine causa. Hæc autẽ uniuersa quæ dixi, possunt de ecclesiæ rectoribus intelligi: qui ædificantes carnalem domum: liberisq; suis & possessionibus prouidentes: nõ curant, uel in seipsis extruere templũ dei: uel ecclesiã domini quæ infecta & diruta est instaurare: quorum sæpe uita & sermo incõgruus, scandalizat plurimos, & de ecclesiã eiicit, & ad solitudinẽ perducit domum dei. Nec hæc dicimus quo uniuersos generaliter accusamus, sed quod in omni officio & gradu: sint alij qui ædificent, & alij qui destruant templum dei. Et propter eorum uitiũ: nec cœli rorẽ, nec terra det germent: siccetur humus, mōtes areant: triticum, & uinum, & oleũ, & omnia quæ terra gignit: homines quoq; ipsi & iumenta & uniuersus labor manuum secante gladio, & siccitate uel uento urente dispereant. *a* ¶ Et audiuit Zorobabel &c. Diligenter attende: propter duas intelligentias saluatoris in Zorobabel duce & Iesu sacerdote: ipse enim & rex est & sacerdos: quod non dixerit, Zorobabel & Iesus timuerunt: sed audientibus Zorobabel & Iesu & populo uerba Aggei propheta: quæ uerba sunt domini: solus populus timuit a facie domini, id est sola multitudo, quæ necdũ in unum & perfectum uirũ uenerat: nec spiritui copulatus id esse meruit quod spiritus: Timuit autem populus a facie domini: sciens quod facies domini super facien-

Psalm. 33. c

tes mala, ut perdat de terra memoriã eorũ. *b* ¶ Et dixit Aggeus &c. ¶ Quidam putat & Ioannem Baptistam, et Malachiã qui interpretatur angelus domini, & Aggeum quẽ nunc habemus in manibus, fuisse angelos, & ob dispensationẽ & iussionẽ dei

assumpsisse humana corpora et inter homines conuersatos. Nec mirũ hoc de angelis credi, cũ pro salute nostra etiã filius dei humanum corpus assumpsit, & ob hanc causam etiã de apocryphis præbet testimonium, ubi dicitur: quod Iacob postea uocatus est Israel angelus fuerit, & propterea superplatauerit fratrem in ventre matris suæ. Ioannẽ quoque ad uocẽ Marię matris domini, exultasse

Gen. 25. c

Gen. 32. f

Luc. 1. c

Cap. II.

In septi

in utero Helizabæth: Et omnium rationabilium unã esse naturam, & ob hanc causam homines qui placuerunt deo equales angelis fieri: Hoc illi sentiant. Cæterum nos nuncium domini: id est angelũ, qui Hebraice dicitur מַלְאָךְ simpliciter prophetã dicũ recipiamus ab eo quod domini uoluntatem populo nunciauerit: siue quia in multis locis dominus noster atq; saluator, angelus dei dicitur. Sicut ibi: Magni consilij angelus: typum saluatoris dicimus in Aggeo præcurrisse. Porro quod ait, nuncius domini de nuncijs domini: Tale est quasi dixisset, propheta de prophetis. Quod ait, nuncius domini populo dicens: Ego uobiscũ sum, dicit dominus: Non loquitur ad Zorobabel & Iesum, cũ quibus et in quibus semper erat dominus: Semel enim eos diximus secundum diuersas intelligentias in persona saluatoris accipi, sed populo qui timuerat a facie domini. Qui quia populus erat: necdum ad dei uenerat charitatẽ, quæ foras mittit timorem. Accipit ergo populus pro dei timore mercedem, ut dominus cum illis sit, & est sensus: Ego ero uester adiutor: ædificate domum meã, quæ in uobis destructa est: me in medio uestri constituto, nemo ædificationẽ uestram prohibere poterit. *c* ¶ Et suscitauit dominus spiritũ &c. ¶ Pro duce Iuda: Lxx. translulerũt ἐκ φυλῆς ἰούδα, id est de tribu Iuda, & pro opere ἔργα, id est opera: cætera similiter. Vbi quæ aut nos ponimus, dominum exercitũ: illi diuerse, aut dominum omnipotentẽ, aut dominum sabaoth, aut dominũ uirtutum interpretantur. Suscitatur ergo spiritus Zorobabel & spiritus Iesu, in terim secundũ literam ut regnum & sacerdotiũ ædificent templum dei. Suscitatur etiã spiritus populi qui in eis ante dormiebat: non corpus, nõ anima: sed ut diximus spiritus qui magis ædificare scit templum

Aplum dei. Et ingressi, foris enim fuerant, faciebant opera quæ digna erant penetralibus domus domini: in eodem anno Darij regis quo & supra: in eo mense qui & in principio positus est, sed non in eodem die: Ibi enim unus dies mensis ponitur: hic uero uicesimusquartus, ut inter primū diē, quo dominus loquitur per Aggeum: & uicesimum, quartū quo ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini: uiginti duo dies mediū fuerint: quot & literæ sunt apud Hebræos. Necesse enim habuerunt doceri quæ essent elementa principij sermonū dei: quæ eos prohiberent dicere, Necdū uenit tēpus domus domini edificandæ, et habitare in domibus concavis, & ut supra dixi, in ima demergi. Prouocaretur uero ponere corda sua super uias suas, et meminissent propter negligentiam quāta perpeffi fuerint. Et ut ascenderent in montem & caderent ligna, & ædificaret domū domini, & non paterentur ea quæ fuerant ante perpeffi. Deniq; in his uiginti & duobus diebus, timuit populus à facie domini: & ingressi sunt in die uicesimo quarto mēsis, in sexto mense, anno secundo Darij regis, et faciebāt opus in domo domini exercituum dei sui. Præcipitur autem nobis, ut ædificari possit domus spiritalis in sacerdotiū sanctum, ad offerendas spiritalis uictimas placentes deo, tales nos præbere: ut suscitef in nobis spiritus sanctus: & ingrediamur in domū domini, & faciamus opera domini: Iam enim Zorobabel de genere Dauid, & Iesus sacerdos in eternum suscitatus est à patre in uirtute, secundum spiritum sanctificationis de resurrectione mortuorū, ut ille præsit operi: nos uero faciamus ipso adiuuante & disponente. Quæ tamen opera dei facere ante non possumus: nili timeamus à facie domini & credamus, & ingrediamur templum dei, & ea quæ domui dei digna sunt perpetremus. Quoniam uero adhuc in seculo sumus, & tempus ædificationis nostræ sub Dario rege uersatur: in quo generationi cōiugij carnij feruitur, Idcirco in sexto numero quo factus est mundus, & in secundo anno qui diuidit unionem: materia enim in qua mundi reparatio sobolisq; consistit, duplicem numerum diligit: ingredimur domū domini, & utroq; populo congregato, extruimus

tēplum dei. Ex duobus enim duodecim numeris: c uicesimiquarti numeri summa consistit: quia tam ex circūcisione q̄ ex gentibus, Christi ecclesia prima quæ euersa fuerat edificata est. Sed & hoc possumus discere, quia octauus numerus qui sanctus est, & in ueræ circūcisionis typo accipitur, triplicatus, uicesimum quartū numerum facit: singulariter nos docemur: ut edificemus domum domini in amputatione carnis, & uitiorum circūcisione: & uerā puritatem esse credamus: in nomine patris & filij & spiritus sancti. Porro alius sexies quartū supputauit numerum, & quatuor refert ad elementa mūdi, ex quibus subsistimus: sex uero ad cōditionē mūdi, in quo ipsa elementa uersantur. Et dicit: quia adhuc in materia sumus, & graui corpore circumdamur, et seruimus

In septimō mense, uicesima & prima mensis: factum est uerbum domini in manu Aggei prophete, dicēs: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedech sacerdotem magnum, & ad reliquos populi dicens: Quis in uobis est derelictus qui uidit domum istam in gloria sua prima, & quid uos uidetis hanc nunc? nunquid non ita est quasi non sit in oculis uestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus: & confortare Iesu fili Iosedech sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum: & facite: quoniam ego uobiscum sum, dicit dominus exercituum. Verbum quod pepigi uobiscum cum egredere mini de terra Aegypti, & spiritus meus erit in medio uestro, nolite timere. Quia hæc dicit dominus exercituum: adhuc unū modicū est, & ego commouebo cælū & terrā, & mare & aridā: & mouebo omnes gētes. Et ueniet desideratus cunctis gētibus, & implebo domum istam gloria, dicit dñs exercituum. Meum est argētū, & meū est aurū, dicit dñs exercituum. Magna erit gloria dom⁹ istius nouissime plusq; prime, dicit dñs exercituum. Et in loco isto dabo pacē, dicit dñs exercituum.

In uicesima

generationibus: extruere quidē nos tēplum, & intrare in domū dei, & quasi de somno graui suscitari spiritū nostrū, sed adhuc in uicesimo quarto die id ipsum facere.

Cap. II

In septimo mense uicesima prima mensis &c. Eodem anno, sed mense septimo, in quo solennitates dei sunt: prima & uicesima die mensis: id est cōpletis tribus hebdomadibus, & perfectā in mysterio trinitatis requie: Tertio factum est uerbum dñi in manu Aggei prophete, qui cōtinuo labore sudabat, ut semp in eo sermo dei haberet accessum. Præteritorū enim obliuiscens, & in futurū se extendens: ita quotidie laborabat, quasi præcedentium operum nihil haberet. Dicitur ergo ei: Loquere ad Zorobabel: & ad Iesum, & reliquū populū: qui uiderunt antiquā domum dei, et nūc intersunt in statione eius: nunquid ad cōparationem prioris non talis est ista quæ cernitur? Verū nolite desperare, nec lassas manus dimittite: sed & tu Zorobabel & tu Iesu & omnis popule cōfortamini, & facite opus in domo mea: Ego enim sum uobiscum, & sermo meus quem pepigi uobiscum cum egredere mini de terra Aegypti. Et spiritus meus nō recedet à uobis: nolite timere: ego sum qui iubeo dñs omnipotens: cuius dixisse fecisse est. Quādo primum testamentū dabā, et in Sina mōte sum uisus: cōmoui cælum & terrā, & mare rubrū, & desertū: ut uobiscū ponerē testamētum; nūc autē polliceor uobis, me

AA adhuc

A adhuc semel cœlum et terram et mare & aridā con-
moturum, ut illis cōmotis moueantur omnes gen-
tes, & ueniant iuxta Lxx. quæ electa sunt domini
de cunctis gētibus: iuxta Hebraicum uero: ueniet
desideratus cunctis gentibus, dominus noster atq;
saluator: Tūc implebo domū istā gloria maiore q̄
priorem: & semper uobis addā, dicit dominus om-
nipotēs. Et ne forsitan sponforem putetis infirmū:
Meū est aurū, & meū est argentū, & meæ sunt cū-
ctæ opes. Ego in ornamentū tēpli aurū argentūq;
donabo, ut maior fiat huius domus gloria q̄ prio-
ris. Et quia difficile uidetur quod polliceor, & hu-
mana infidelitas ad maiora promissa semper hæsi-
tat: propterea rursus dico qui promitto: dominus
omnipotens sum. Porro quia scio ad ædificatio-
nem inclytæ domus, & quæ superatura sit domū
pristinam, nihil ita facere ut pacem, idcirco et hanc
spōdeo: Dabo enī in loco isto pacē, dicit dñs exer-
cituū: ut pax quæ exuperat omnē sensū, custodiat
domū meā, & sit in pace locus meus. Has interim
ἐκφρασεις expositionis líneas duxerim, ut ex his
ab sublimiorē intelligētiā etiā nobis tacētibz pru-
dēs lector ascēdat. Fit ergo sermo dei ad eos q̄ ope-
rari cœperāt in domo dñi omnipotētis, iā in requiē:
id est, in mēse septimo, & in trinitatis plenissimo sa-
cramēto, uicesima prima mēsis, & ad Aggeū dei fe-
sta celebrantē: qui rursus manū suā sermoni do-
mini præparauerat, & dicit ad eū: Loquere ad Zo-
robabel de tribu Iuda, & ad Iesū sacerdotē magnū:
qui pro nobis & homo fieri dignatus est & sacer-
dos, & ad reliquias populi: ad cōparationē em̄ to-
tius orbis, parua pars fuit in principio credentium.
B Igitur quæ locutus sit audiamus. Fuit quondā in Is-
rael domus dei, quæ nūc ita deserta est: ut nec fuisse
credatur: ex quo quæ fuerat dilecta, facta est nō di-
lecta, & q̄ nō populus dei, cœpit esse populus dei.
Et est domus illa quōdā gloriosa: nunc in cōspectu
Zorobabel & Iesu & reliquiarū populi quasi non
sit. Hoc autē nō solū de tēpli ædificijs quæ cernim⁹
corruisse accipere debemus, sed de omnibus quæ
quōdā præclara habuere Iudæi. Verūtamē quia fa-
cta est prior domus quasi nō subsistēs: prouocatur
Zorababel dux & Iesus sacerdos, ut regnū Christi
et sacerdotiū roboret, & populus eius qui quondā
terræ fuit populus, faciat opera in domo dñi, & sci-
at deū sibi esse præsentē: faciat quoq; uerbū, quod
pepigit dñs cū eis q̄ egrediebant de terra ægypti:
Atq; utinā & nos egrediamur de Aegypto, ut uer-
bū testamētī qđ accepimus impleamus. Repromit-
tit quoq; dñs deus his q̄ faciūt opera in domo eius,
& implēt quē acceperē sermonē, spīritū suū, dicēs:
Et spīritus meus erit in medio uestrū: Sacramentū
cernite trinitatis: Ego sum uobiscū, & spūs meus,
& uerbū, in quo posui testamētū cū egredieremini
de Aegypto. Qđ autē dicit in medio uestrū, iuxta il-
lud sentiēdū est, quod in euangelio scriptū legitur:
Ioan. 1. d. Medius enim uestrum stat, quem uos nescitis, qui
post me ueniet. Hæc ergo dicit dominus exercituū
ad uos: qui uidetis domum priorem sic esse quasi
non sit. Moui cœlum, quando de cœlo audita est
uox mea. Moui terram, quando priori populo tra-

didi testamentum: et in aduētū meo, caligo, turbo, c
tenebræ cernebātur. Moui mare rubrū, quādo uia
præbui populo trāseunti. Moui aridā uel Aegyptū
per plagas cultu dei uacua: uel solitudinē p̄ quam
quadraginta annis circūduxi populū. Hæc adhuc
semel mouebo: Quod factum cernimus in aduētū
domini saluatoris: Tēpore quippe passionis eius, Mat. 27.
fugiente sole, cœlū motū est: & tenebræ factę sunt Luc. 23
super omnē terrā ab hora sexta usq; ad horā nonā.
Mota est terra, & saxa scissa sunt, & sepulchra rese-
rata: motū est mare, dracone qui in eo erat interfe-
cto: mota est & arida, infructuosa quondā gētium
solitudo. In hoc autē uniuersitatis tremore, conmo-
tę sūt etiā omnes gētes: Quia in omnē terrā exiuit
sonus apostolorū dñi: & uerba eorū penetrauerūt
usq; ad terminos orbis. Ob id aut omnes motę sūt
nationes, ut ex earū motu ueniret electa gentium
multitudo, & quę ubicūq; præclara sunt. Verbi gra-
tia: Electa de Corintho: quia multus erat in ea po-
pulus dei. Electa de Macedonia: quia grādis in The-
salonica dei ecclesia cōgregata, nō habebat necessa-
riū ut de charitate doceretur. Electa de Epheso, ut
arcana dei & nulli antea reuelata sacramēta cognō-
scret. Quid plura: omnes gentes cōmotę sunt, ad
quas saluator apostolos miserat, dicēs: Euntes do-
cete omnes gentes, & ex multis uocatis pauci ele-
cti, primitiuorū ecclesiā cōstruxerūt. Vnde & apo-
stolus Petrus: Salutat uos, inquit, quę in Babylone
est electa, & Marcus filius meus. Et Ioānes: senior,
inquit, electa dominæ: ac deinde filios memorat ele-
ctā. Cōmotis ergo gētibz: quas quidē possumus
& cōtrarias accipere fortitudines non ualētes splē-
dorē domini sustinere: uenerunt electa omniū gen-
tium, & repleta est gloria domus domini: quæ est
ecclesia dei uiuētis, colūna et firmamentū ueritatis.
Hæc secundū Lxx. Cæterū in Hebraico melius &
significantius habetur, ut supra posuimus: Et mo-
uebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis
gentibus. Vere enim postq̄ ille uenit, impleta est
gloria domus domini, Et quantū dominus distat a
seruo: tantū domus domini melior est cui præest
dominus, a domo priore cui præfuit seruus. Quod
autē ait: meū est argētum, & meū est aurū, dicit do-
minus exercituū: Nō puto quenq; existimare qđ
de argento loquat & auro, quæ a diuitibus & regi-
bus possident. Hoc enim modo nō solū argentum
& aurū dei est quasi creatoris: sed & cætera metal-
la, æs, stānum, plumbū, & quod domat omnia fer-
rū. Sed ego argētū, quo domus dei ornatur, existi-
mo eloquia scripturarū, de quibus dicitur: Eloquia
domini, eloquia casta: argētū igne examinātū, pro-
catū terræ, purgatū septuplū. Et aurū, quod in oc-
culto sanctorū sensu, & in cordis uersat arcana, &
splēdet uero lumine dei, quod & Apostolū de san-
ctis, qui super fundamētū Christi ædificāt, sensisse
perspicuū est: Aurū, argētū, lapides preciosos: Ut
in auro sensus occultus sit: in argēto sermo decens,
in lapide preciofo, opera deo placentia. His metal-
lis illustrior sit ecclesia saluatoris, q̄ quondā syna-
goga fuerat: his lapidibus uiuis ædificatur domus
Christi & pax ei præbetur æterna. Porro quod se-
quitur

A quitur in Lxx. Et pacem animæ in acquisitionem omni qui creatur, ut suscitetur templum istud: quasi superfluum & uix coherens, quippe quod nec apud Hebræos, nec apud alium quendam interpretem feratur, omisimus. a ¶ In uicesima &c. Propterea & Lxx. interpretum

æditionem posuimus: quia in quibusdam uerbis dissona re uidebantur. Et hoc quod dicitur: Propter munera eorum matutina, dolebunt a facie maliciarum suarum, et oderatis in portis arguentes: nec in Hebræo, nec apud alios interpretes inuenitur. Notandum autem quod in isto loco: In uicesima & quarta die mensis noni anno secundo: non ut supra tertia uice dicitur: Factum est uerbum domini in manu Aggei prophetae, sed ad Aggeum prophetam. Ibi enim quia adhuc profectum habebat, & opera tantum munda: cor autem illius necdum plenam sapientiam receperat: siue quia habitabat adhuc inter eos, qui dicebant: Nondum uenit tempus domus domini aedificandæ: in operibus tantum eius sermo factus est domini.

Hic autem quoniam iam templi facta sunt fundamenta, & ingressus est populus cum principibus in domum dei: & facit opus congruum templo dei, & audiuit mysterium: Mouebo omnes gentes: & ueniet desideratus cunctis gentibus, & plenus est uaticinio: propterea ad totum Aggeum sermo sit domini. De uicesima quarta die & secundo anno iam diximus. Noni mensis numerus qui hic additur: nunquam in bonam partem legitur: Pascha immolat populus, & alias celebrat festiuitates: omnis eius solennitas die finitur octauo: nec ad nonum peruenit. Qui agnum paschæ præparant: transacta die nona incipiunt præparare. Dies quoque propiciationis & expiationis mensis septimi, post diem nonam celebratur. Et in Hieremia, sicut legentibus poterit esse manifestum, Hierusalem nono anno a Babylo nijs oppugnatur. Quia igitur prophetia de immu-

dicia populi futura erat, idcirco secundo anno Darij, nonus mensis iungitur. Rursum quia datur locus penitentiae post immundiciæ correptionem: uicesima quartadie sermo dei fit ad Aggeum prophetam, ut quasi ex persona domini questionem a sacerdotibus

SEP. Vicesima & quarta noni mensis, anno secundo sub Dario, factus est sermo domini ad Aggeum prophetam, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: Interroga sacerdotes legem dicens: Si sum pserit homo carnem sanctam in summitate uestimenti sui, & tetigerit summitas uestimenti eius panem, aut coctionem, aut uinum, aut oleum, aut omnem cibum: ut sicubi in urbibus. Israhel quæstio fuerit exorta iter sanguinis & sanguinis, inter iudicum & iudicum, lepram et lepram, contradictionem & contradictionem: eam ad sacerdotes atque leuitas, et ad pontificem qui in diebus illis fuerit constitutus, & quærat ab eo legem domini: quibus respondentibus, faciatur quod iubetur. Quod si non fecerint, exterminentur de populo. Et ne forsitan in ueteri solū instrumento hæc præcepta uideantur: loquitur & Apostolus ad Titum. Titum. 1. b

Et nunc motheu: Episcopum non solum irreprehensibilem esse debere, & unius uxoris uirum, & sapientem, et pudicum, & ornatum, & hospitalem, sed etiam doctorem. Et ne casu hoc dixisse uideretur: Ad Titum quoque super presbyteris: quos & episcopos intelligi uult ordinandis: eadem cautela seruatur. Propter hoc reliquit Crete, ut quæ residua erant corrigeres, & ordinares per ciuitates presbyteros, sicut ego præcepi tibi: Si quis est irreprehensibilis, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ uel in subiectos. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, sicut dei dispensator: non procacem, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, pudicum, benignum, iustum, sanctum, continentem, habentem in doctrina sermonem fidelem: ut possit consiliari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi & non subiecti, uaniloqui et seductores: AA et ma-

sciscite ex lege uenientem, et dicit ei: Interroga sacerdotes legem dicentes. Simulque considera sacerdotum esse officium, de lege interrogati respondere. Si sacerdos est, sciat legem domini: si ignorat legem, ipse se arguit non esse domini sacerdotem. Sacerdotis enim est scire legem, et ad interrogationem respondere de lege. Deu. 17. b

Quod quidem & in Deuteronomio legitur: ut sicubi in urbibus. Israhel quæstio fuerit exorta iter sanguinis & sanguinis, inter iudicum & iudicum, lepram et lepram, contradictionem & contradictionem: eam ad sacerdotes atque leuitas, et ad pontificem qui in diebus illis fuerit constitutus, & quærat ab eo legem domini: quibus respondentibus, faciatur quod iubetur. Quod si non fecerint, exterminentur de populo. Et ne forsitan in ueteri solū instrumento hæc præcepta uideantur: loquitur & Apostolus ad Titum. Titum. 1. b

Deu. 17. b

D

1. Tim. 3. a

Titum. 1. b

A & maxime q̄ de circūciōe sūt, quibus oportet im-
ponere silentium. Hæc prolixius posui ut tã ex ue-
teri, quàm ex nouo testamēto; sacerdotum esse offi-
cium nouerimus, scire legem dei: & respondere ad
quæ fuerint interrogati. Nec simplicitatem & cibo-
rum continentiam in magistro sufficere: nisi quod
ipse facit, possit & alios erudire. Certe quia respon-
suros puto: hoc eorū esse qui se ab adolescētia præ-
parant ad docendum: frequenter autem iudicio do-
mini, & populorum suffragio in sacerdotium sim-
plices eligit: Saltem illud habeant, ut postquàm sa-
cerdotes fuerint ordinati: discant legem dei, ut pos-
sint docere quod didicerint, & augeant scientiam
magis quàm opes, & nō erubescāt à laicis discere,
qui nouerint ea quæ ad officium pertinent sacerdo-
tum: magisq̄ noctes et dies in scripturarum tracta-
tu, quàm in ratiocinijs & supputatione consumāt.
Quid est autē quod ex persona domini Aggeus
interrogat sacerdotes: Si tulerit homo carnem san-
ctificatam in ora, siue in summitate uestimenti sui,
& tetigerit de summitate eius panem, aut pulmen-
tum, aut uinum, aut oleum, aut omnem cibum: nū-
quid sanctificabitur? Antequàm de quæstione tra-
ctemus: debemus interim iuxta literam nosse: quid
sit caro sanctificata, & quid sit immundus in anima.
Hostia quæ immolabatur in altari, carnes illius san-
ctæ erāt, & inter ipsas sanctificatas carnes erat mul-
ta diuersitas. Alias enim sacerdotes in templi ady-
tis comedebant: alias propinqui eorum domi: alias
hi qui de sacerdotibus uidebant esse maculati: alias
Israelitæ qui nullam habebant immundiciam. Hu-
ius diuersitatis plena ratio in Leuitico dicitur. Im-
mundus autē in anima dicebatur: qui corpus mor-
tui hominis attigerat. In quo animaduertendum,
quàm diu anima in corpore sit, immundū non esse
corpus humanum: statim uero ut spiritus uege-
tās artus recesserit, immundū fieri quod terrenum
est, sicut i eodē Leuitico scribit. Et ait dñs ad Moy-
sē, dicēs: Dic sacerdotibus filijs Aaron, & dices ad
eos: In animab⁹ nō cōtaminabūt in gēte sua, sed in
cognatis q̄ appropinquāt eis: sup̄ matre, & sup̄ patre,
et sup̄ filijs & filiab⁹, & sup̄ fratre & sorore sua uir-
gine, quæ appropinquat ei, & nō est tradita uiro: sup̄
his contaminabitur, & non polluet̄ repēte in popu-
lo suo in contaminationem sui. Considera his præ-
cipi sacerdotibus non ingredi ad quemlibet mor-
tuum: nisi ad eos cognatos & propinquos, de quib⁹
supra dictum est. Sacerdos autem magnus: id
est pontifex, plus aliquid habebat à cæteris sacerdo-
tibus: & nec pietas illum nec affectus flectere pote-
rat, ut immundus fieret in supradictis nominibus.
Ait enim scriptura: Et super omnem animam quæ
mortua est non ingreditur: super patre suo neque
super matre sua, & non contaminabitur. Scientes
ergo quid sit caro sanctificata, & immundus in ani-
ma, uideamus propheta quid quærat, Si homo qui
cunq̄: non hic de pontifice dicitur, aut de sacerdo-
te, aut de leuita: sed quilibet homo, ubi persona nō
ponitur, passim omnibus licet carnem tangere. Si
tulerit, inquit, carnem sanctificatam, & ligauerit in
summitate uestimenti sui, & ipsa summitas uesti-

menti panem tetigerit: aut quamlibet aliam coctio-
nem, aut uinum, aut oleum, aut omne extra hæc
quo homo uesti potest: nūquid panis, aut uinum,
aut oleum, aut omnis cibus, tactu uestimēti in quo
caro sancta ligata est sanctificari potest? Et respon-
dentes sacerdotes dixerunt: Non potest: hoc est,
nihil eorum sanctificabitur de quibus quæris, sed
ita unumquodque permanebit ut fuerat. Rursum
alia quæstio proponitur sacerdotibus: quod scilicet
bene responderint ad superiorem, & quasi similiter
do problematis coaptatur in qua imperitus facile
labi potuit. Da enim aliquem nescire legem, & si-
cut respondit de sanctificata carne, non sanctificari
panem, aut pulmentum, aut uinum, aut oleum, aut
omnem cibum: & in hoc æque respondebit, & di-
cet: Pollutum in anima non contaminare ea quæ
sancta caro sanctificare non potuit. Interrogat igitur,
& dicit: Si tetigerit is qui pollutus in anima est:
hoc est, qui contagione mortui est immundus effe-
ctus: ex his omnibus, panem uidelicet, aut pulmen-
tum, aut uinum, aut oleum, aut reliquos cibos: nun-
quid ex cōtactu eorum hæc quæ tetigerit polluen-
tur? Et responderunt sacerdotes, quorum princeps
erat Iesus filius Iosedech: unde & legem nouerant,
& dixerunt: Contactu eius qui immundus est, om-
nia quæ ab eo contacta sunt pollui. Et respondit
Aggeus & dixit, de superioribus tacens: quod san-
ctificata caro cæteros cibos sanctificare non possit.
Et de secunda tantummodo quæstione sermonis
sui texens occasionem: Sic populus iste: & sic gens
ista ante faciem meam: dicit dominus: Qui immū-
dus est in anima & morticinum tetigerit: omne
quod tetigerit & quod obtulerit mihi immundum
erit. Quod autem dicit secundum literam, huius-
modi est: O popule qui altari tantum extructo, &
diruta domo mea hostias mihi offers in altari, & ui-
ctimis eius & carnibus te sanctificari putas: scito
non tam sanctificari te ex hostijs quæ templo di-
ruto tibi prodesse non poterunt: quàm contamina-
ri omnia opera tua, et cuncta quæ agis, ex eo quod
negligis, & tuam magis domum quàm meam ex-
truere conatus es: Sanctum quidem est quod offer-
tur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostijs,
quàm ex eo quod in cōuallibus habitas & inter
mortuis operibus, pollueris. Hæc iuxta historiam:
quanquam spiritualis in ea intelligentiæ lineas du-
xerimus. Cæterum secundum ἀναγλωσσισμὸν ecclesi-
asticus uir qui immolauit agnum immaculatum &
anniculum, & indutus est Christo: si tulerit de car-
nibus eius, & ligauerit in summitate uestimēti sui,
& ipsa summitas tetigerit scripturarū panem: qui
confirmat corda credentium: aut coctionem, apo-
stolicas epistolas, quæ quasi ueteris legis carnes
concidunt & decoquunt, & conditas præbēt esui:
aut uinum quod lætificat cor hominis: aut oleum
in quo exhilaratur facies audientis: aut omnem ci-
bum: lac quo aluntur Corinthij: & olera quibus
uescuntur infirmi, & cætera his similia: non statim
quasi sanctificata ea comedent quibuscunque da-
ta fuerint: Non enim ex eo quod dicuntur, sed ex
eo quod suscipiuntur sanctificant audientes: quia
multi

Leuit. 21. 4

1. Cor. 14

A multi auditores sunt, & non factores. Sed & ob id puto hæc uniuersa quæ dixi, ex tactu uestimenti ad uescientes nequaquam sacrificata deferri, quod summitate tantum pallij continguntur: & sanctificata carnes intrinsecus, humorem, sanguinem, uenas, nervosque non norunt. Sicut igitur summitas uestimenti dominici, & leuis tactus non sanctificat: nisi eum qui comederit carnes agni, & sanguinem eius biberit: Sic eccontrario immundus in anima: peruersæ quæque doctrinæ, quodcunque tetigerint immundum faciunt necesse est. Habent enim in sacramentis panem & uinum & oleum & omnem cibum, sed sacramenta eorum quasi panis luctus: omnes qui ea tetigerint contaminabuntur. Legunt & ipsi scripturas, & quasi de scripturarum testimonijs conspargunt panem, & tota nocte in clibano coquunt illum. Sed cum ad uescendum datus fuerit, comedentes ad infamiam prouocat. Habent & pulmentum et coctionem, conantes iuxta peruersitatis suæ sensum mystica quæque de scripturis texere, & quasi coquere & condire carnes agni, sed coctio illa perditio est. Habent & uinum, sed non de uinea Sorech, & quam plantauit dominus in Hieremia: Electam & totam ueram, sed de uinea Sodomorum. Habent & oleum quod de ueteris & nouæ scripturæ testimonijs uolenter exprimunt, & quasi in refectionem deceptis & lassis mentibus pollicentur, sed detestatur illud sanctus, & dicit: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Habent & diuersos cibos, multiplices uidelicet uariarum *ὑποδίσκων* diuersosque tractatus: quos quia immundi sunt qui scripserunt, & de immundo ore prolati sunt: omnis qui tetigerit immundus fiet, & in eorum trahetur errorem. Vnde respondit Aggeus: qui scit differentias solennitatum, & ob id festi sortitus est nomen. Sic populus iste & sic gens ista: Iudæorum uidelicet atque gentilium & hæreticorum omnium in conspectu meo, dicit dominus: Omne quod fecerint, quod mihi obrulerint, uel uota pro salute, uel pacifica uel pro peccato, uel pro delicto, uel in holocaustum: siue eleemosynas, siue ieiunia, siue uictus continentiam, & corporis castitatem: contaminata erunt in conspectu meo. Quamuis enim sancta uideantur specie sui quæ offeruntur a talibus: tamen quia tacta sunt ab eo qui pollutus in anima est, omnia polluentur. *a* ¶ Et nunc ponite corda uestra &c.] Licet omnia quæ obrulistis mihi in altari: quia tem-

plum non edificaueratis, contaminata fuerint: sine constructione quippe templi, donum omne pollutum est: tamen nunc te horrorò popule, ut sensu ad præterita reuertaris: consideresque quæ facta sint: hoc est, ab hac die uicesima quarta noni mensis anno se-

SEP. Et nunc ponite super corda uestra à die hac & supra: antequam poneretur lapis super lapidem in templo domini: qui eratis: quādo mittebatis in cypselon, hordei uiginti sata, & fiebant decem sata hordei, & ingrediebamini torcular, ut hauriretis quinquaginta amphoras, & fiebant uiginti. Percussisti uos sterilitate, & corruptione aeris, & grandine omnia opera manuum uestrarum, & non reuersti estis ad me, dicit dominus.

Ponite hordei in uas quod uocatur cypsele, & existimares te quāque hordeum mitteres iumentorum cibum, uel de ipsis uiginti modijs esse securum: nonne postea reuersus ad uas uix decem modios reperisti? Ad torcular quoque cum accederetis & uideretis uuas: & quinquaginta amphoras uobis oculi pollicerentur: non dico partem mediam: sed uix uiginti amphoras exprimere poteratis. Et hæc feci percutiens uos uento urente, & corruptione aeris, & emorientibus frugibus, uacuisque spicarum folliculis, & uinearum botris: ut malorum pondere uos ad meam noticiam prouocarẽ: & nec sic fuit qui reuerteretur ad me. Hebræus totam loci huius continentiam ab eo quod scriptum est: Et nunc ponite corda uestra à die hac et supra: usque ad eum locum ubi ait: Vineæ & ficus & malograna tum, & lignum oliuæ non floruit: ex die ista benedicam: ita exposuit: Certe nunc templi fundamenta sunt iacta: ex hac igitur die qua fundamenta iecistis: cum in præteritum uos sterilitate, & fame, & grandine, & siccitate punierim, & non fuerit qui ad me per has plagas reuerteretur à uobis: ponite corda uestra in futurum & deinceps, & uidete quia omnia uobis prospero cursu fluant. Hoc autem eueniet quia templum meum edificare coepistis. Nec in solo altari habentes fiduciam, ædificationem meam domus contemnit. Iuxta quem sensum breuiter possumus dicere: frustra aliquos munera offerre deo, & eleemosynis atque oblationibus putare deum posse placari: cum ipsi non extruxerint in se templum spiritui sancto. Tunc enim profunt eleemosynæ & munera quæ offeruntur in altari: cum seipsum quis edificauerit templum dei, & post ædificationem templi, dona obtulerit in altari. Porro secundum Tropologiam, & ad nos dicit qui nunc in Iesum Christum

cundo Darj: quicquid retro gestum est mente cōplectere, & propter quæ, quanta sustinueris, ut cum deinceps prospera tibi euenierint, scies qua causa euenierint. Ergo antequam inciperes ædificare templum & lapidē super lapidem ponere: cum accederes ad aceruum, & putares uiginti te habere modios, nonne uix mediam partem colligere poteras? Siue iuxta Septuaginta cum mitteres uiginti modios hordei in uas quod

A credimus, si tamen credimus, & opere fidei ostendimus ueritatem: ut reuertamur mente ad illud tempus: quando gentiles eramus, quotidie uitij serui entes: nec extruxeramus in nobis templum deo. Quomodo autem architectus & scientissimus cementarius lapidem

1. Cor. 3. e

iungit lapidi, & in feriorem superiori calce gypsoque conglutinat: Ita et architectus: quem se & Apostolus esse dicit: Quasi sapiens architectus fundamentum posui, & quem de Hierusalē ablaturum se dominus cōminatur: non uit quomodo opera iūgat operibus, & paulatim extruat templum dei. Fū

Esa. 28. d

B

damentum autem huius templi ponitur Iesus: super quem unusquisque uideat quid ædificet: Alius ædificat aurum, argentum, lapides preciosos: alius ligna, scœnum, stipulam. Et tribus bonis tria e contrario opponuntur mala. Isti sunt lapides, de quibus extructurum se Hierusalem dominus reprob mittit: Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua saphyrum, & ponam propugnacula tua iaspidem & portas tuas de lapide crystallo, & murum tuum de lapidibus electis. Neque enim putandum est secundum Iudaicas fabulas & inepta figmenta, deum auro & gemmis ædificaturum Hierusalem, & non uiuis lapidibus qui nunc uoluuntur super terram, et iuxta naturas lapidum, uel igniti fide sunt, ut carbunculus: uel toti cœlestes & in thronum dei reducti, ut saphyrus: uel innocentia & bonorum operum simplicitate lucentes, ut crystallos. Dicitur ergo nobis ut consideremus, quæ retro passi fuerimus antequam in nobis ædificarem templum dei. Cum accedere, tis, inquit, ad aceruum uiginti modiorum & fieret decem: siue iuxta Lxx. ὅτε ἐν ἐβάρητις τοῦ ψέλλου ἐκοισί σάττα καὶ ἐγένετο δέκα σάττα καὶ ἑβδμή, id est cum mitteretis in cypselen uiginti modios hordei, & fierent decem modij hordei. Quicquid enim ante Christum uidebamur habere uirtutum bonorumque operum, non erat frumentum, sed hordeum, & ipsum hordeum, non secundum spem & uota nostra: quod

Gen. 26. c

Gal. 3. d

de Isaac legimus, ceteras fruges dabat: sed uix mediam partem laboris nostri ex eo inuenire poteramus, & dicebatur ad nos: tanta passi estis sine causa: Sed & cum intraremus ad torcular, & quinquaginta uini amphoras supputaremus: quem numerum completis septem hebdomadibus unio diuinitatis includit, & putaremus nos habere uinum, quod lætificat cor hominis, subtrahebatur nobis sanctus numerus tricenarius in quo baptizatur dominus, & Ezechiel uisionem cernit in prophetiæ suæ exordio, & iuxta Hebraicum sacerdotes

accedebant ad ministerium dei, & relinquebantur e uiginti. Quem numerum amat Esau: unde & Iacob sciens eum hoc numero delectari: mittit quædam animalia in munere, uiginti & uiginti. Simulque & cerne quod ipse Iacob licet sanctus: tamen eo tempore quo non erat

Gen. 32. d

Gen. 32. d

cū patre suo Isaac, id est, risu: & matre sua Rebecca, id est, patientia: sed uicia nos habebat Assyrios, et habitabat in Mesopotamia: hic atque inde se cingentibus fluuijs, uiginti annorum spacio, crudelissimo & auarissimo seruitutis Laiani. Nec moueat quempiam, si dicamus aliquos ante fidem christi & ex

S E P. Ponite corda uestra à die ista & in futurum: à quarta & uicesima noni mensis, & à die in qua fundamenta iacta sunt templi domini, ponite in cordibus uestris: Si ultra cognoscetur super terram area, & si adhuc uinea & ficus & malogranatum, & ligna oliuæ quæ non ferant fructum: à die hac benedicam.

Et factum

structionem templi eius, mediam partem se laboris sui posse percipere: cum apud incredulos nullus fructus sit bonorum operum: Non enim uiginti reponit & inuenit uiginti, sed si uiginti reposuerit, inuenit decem id est mediam partem laboris sui. Iudei & ethnici & philosophi huius seculi ceterique qui sapientiam iactant: in presenti tantum tempore conuersationis suæ & laboris fructum & gloriam capiunt: omnisque spes eorum & merces futuri seculi tollitur. Hoc autem ideo fit ne penitus desperantes contemnant poenitentiam: sed aliquando conuersi ponant lapidem super lapidem, & ædificent templum dei. Quod si in incredulitate permanserint: id ipsum medium quod uidebatur habere perdent. Sequitur enim: Percussi uos uento urente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum uestrarum. Quicquid autem aurugine & grandine & uento urente percutitur in puluerem redigitur & fauillam: nihilque in eo quod ad utilitatem & ad esum perueniat inuenit. Quæ quidem cuncta fecit dominus: quia non est inuentus in eis qui reuerteretur ad eum. Quod si reuersi fuerint & ædificauerint templum domini: à die qua ædificare coeperint, habebunt quæ prophetiæ sermo subtextit. **a** ¶ Ponite corda uestra &c.] Exposui autem uobis quæ sustinueritis antequam inciperetis ædificare templum meum: Nunc exponam quæ uobis uentura sunt prospera, quia templum meum ædificare coepistis. A die igitur uicesima quarta noni mensis, in quo templi fundamenta sunt iacta: quanta rerum abundantia futura sit considerate. Nonus est mensis quem nos nouembrem, uel decembrem dicimus. ¶ **ἡ** enim apud Hebræos mensis est primus: qui appellatur mensis nouorum: eo tempore quo pascha faciunt, id est, incipiente ueris exordio: qui secundum lunæ cursum sepe quandam partem mensis martij possidet: interdum incipit in aprili. Ergo si nisan Aprillem intelligimus: nonus mensis secundum supputationem Hebræorum december erit. Igitur decimus

A cimus est mensis eo tempore quo semina latitant in terra, nec futura fecunditas coniectari potest. Nunquid iam ait semē in germine est? Quod melius Hebraice dicitur, in folliculo: ut thecā frumenti significet: Nunquid uinea & ficus, & malogranatū

& lignū oliuę florē suum dederunt: ut ex flore intelligatur & fructus. Vt quononō mēse (ut diximus) decēbri, futurarum nulla signa sunt frugū. Ne igitur dicatis hoc me prudenti ratione conijcere: & futuram fecunditatē de floribus arborū herbisq; segetū suspicari: ecce nulla signa sunt, & tamē ego

predico uobis: quia cōpistis ædificare templum meum, ad benedictionē meā, frugum omnium fecunditatem. Hoc secundū Hebraicū diximus. Cæterum secundum Lxx. longe alter est sensus: quem & ipsum primum debemus iuxta literam exponere: ut postea cōceptus tropologia ordo tractetur. Ponite corde uestra a die hac qua templum fundatum est, in futurum, & uidebitis tantas futuras esse segetes, & tanta de cunctis agris frumenta portari: ut area nesciat fruges suas: siue ut non sint areae singulorum: sed prae multitudīne iungatur area areae, & arearum separatio nesciatur in terra. Vineā quoque & ficus, & malogranatum, & lignū oliuę quæ prius uestro uitio non afferebant fructus, quia mihi nec dum cōperatis ædificare templum: tanta uuarū & pomorum abundantia curuabuntur: ut manifesta fecunditas manifesta indicet benedictionem. Nonum autē mensem, non in bonā partem accipi, & quartus regnō rō liber & Hieremiæ narrat historia: in quo obfessa dicitur esse Hierusalem. Tamē quoniā in fine noni mensis tēpli fundamenta faciuntur: hoc intelligere possumus: quod non incipiatur extrui templū domini, nisi mala opera finiant. Vnde & in uicesimo quarto die mēsis eiusdem, fundamētū tēpli ponit, in quo numero duplex *δωδεκάς* & tres *τρεῖς* *δωδεκάδες*, quatuorq; *ἑξάδες* sunt, de quo iam supra plenius disputatū est. Quicūq; ergo dei cultui se dedicauerit, & contēpserit *παῖδες* id est negligentem patrum: Qui in Eldræ uolumine iuxta Lxx. interpretes templū dei ædificari uetat: iste nescit mēsuram frugū & mercedis sue. Vel certe propter hoc quod dicit: si adhuc cognosceat sup̄ terrā area: q̄ seminauerit in spiritu, et de spiritu messuerit uitā aeternā, nequaquā sibi thesaurizabit in terra, sed omnia opera eius & mercedes operū in cōlestibus colligentur. Vineā quoq; id est, sermo dei, cuius in unoquoq; pater agricola est: & ficus spiritus sancti dona dulcissima: & malogranatum, ecclesiastica dogmata & scientia scripturarum, quæ sponsæ gentis in cantico canticorum comparatur: & ligna oliuę dabūt

refectionem & illuminationē cordis ei qui cōperit ædificare templū dei. Quod autē uinea & ficus & oliuā (paulisper de malogranato differto) referatur ad personā saluatoris, & dei patris & spiritus sancti: in Iudicū libro plenius legitur: ubi uadūt infructuosa ligna, ut cōstituant regē super se: dicūtq; per ordinē uinea & ficui & oliuā, ut regnēt super ea, et tam uinea quā ficus & oliuā renunt tale imperium: nec dignatur super infructuosa ligna regnare: Tunc illa ueniūt ad dignū sterilitatis suę regē, id est, ad ramū spinosum fructū, & ar-

busculam sentibus uncinisq; contextā: quæ teneat quicquid attigerit, & retentū uulneret, & uulneratorū sanguine delectetur: insuper & ignem emittat à se, & regnata ligna consumat. Referimus autem ramnum ad diabolum, & secundum uirgulti naturam illius naturam interpretabimur. Porro uinea ficus & oliuā ibi erunt, ubi malogranatum fuerit: quæ arbor propter granorum nimiam multitudinem, & intertextis mēbranulis quandā geometricam compositionem, & diuersas quidem mansiunculas, sed tamē omnes una cortice comprehensas, semper in scripturis super ecclesiæ persona ponitur. **a** ¶ Et factum est &c. & terram. In Lxx. addita sunt, mare & aridam, & minus habet: Contēram fortitudinē regni gentium: quod plenius ex ipsorum lectione noscitur. Notādum autem quod in eadem die, hoc est, in uicesima & quarta noni mensis, tacito mensis numero, quia de Christi prophetabatur abuentu & de regno eius: secundo ad Aggeum sermo fit domini nostri: nō in manu eius ut prius: neq; ad Aggeum prophetam, ut in uisione quarta: sed tantum ad Aggeum, id est, ad domini festa celebrantem: quia nequaquam uenturum, sed uenientem nunciaret & cerneret. Et quomodo Abraam uidit diem Christi & lætatus est: Et Ioannes agnum dei digito demonstrauit: sic & ille uidentem regnum filij dei, haberet in se uniuersas solennitates. In hoc loco apud plerosq; diuersa sententia est: Alij enim suspicantur de primo eius aduentu dici: alij de secundo, quando in sua maiestate futurus est. Nos utrūq; suscipiamus: quia et tunc regnauit cum uenit, & postea regnaturus est. Attamē si de fine mundi uouerimus accipere: illud dicimus quod Apostolus ad Corinthios loquit: Destruendum omnē principatū & omnē potestatē & uirtutē: ut sit deus omnia in omnibus. Et quia mysticum est quod dicitur, & ad finē rerū pertinet: idcirco iubet propheta ad solū Zorobabel loqui: quē in typo Christi propter assumptionem corporis ex semine Dauid processisse monstrauimus. Huic ergo dicuntur quæ in fine uentura sint, quod transeat

AA 4 figura

Ioan. 8. 2

Ioan. 1. 4

1. Cor. 15. 6

A gura huius mundi, & fiat cœlum nouum & terra noua, & commoueat dominus cœlum & terrā, & destruat omnem principatum & potestatem & uirtutem, & dissipet sedes regum: siue ut habetur in Hebræo, regnorum: & interficiat omnem fortitudinem contrariā: ut ipsis quoque qui ante regnauerāt, & gentes sub sua tenuerāt ditioe, prosit regni eorum destructio: & omni preliandi studio dissipato, sequatur pax: hoc est enim quod ait: Et subuertam quadrigam siue quadrigas, & ascēsores earum, & descendent equi & ascensores eorum. Et ut sciatis in subuersione quadrigarum & corruentium equi-
Zach. 9. d tum, hoc quod diximus significari: Videte quomodo de Christo dicatur in Zacharia, quod ueniat mansuetus rex, & ascendens super iugalem & pullum asinæ nouellum, et disperdat quadrigas ex Ephraim, & equum de Hierusalem, ut fiat unus grex & unus pastor, & utrumque agmē tam de gentibus, quam de Iudæis, sub pacifico pastore teneatur. Vt autem hæc quæ peruersa sunt destruantur, unusquisque in gladio: quem ego puto sermonem esse doctrinæ acutissimum, & peruersa quæque re-

secantem: consurget aduersus fratrem suum, ampu-
 tans omne contrarium. Sed horum uniuersorum fi-
 nis est optimus. Post destructionē enim solitorum,
 & fortitudines regnantium, & quadrigarum &
 equorum & equitum: in die illa, dicit dominus om-
 nipotēs: Assumam te Zorobabel filium Salathiel
 seruum meum. Seruus autem dicitur propter cor-
 pus humanum: quia tunc & ipse filius subiicitur ei
 qui subiecit sibi omnia, & in subiectis omnibus ui-
 debitur et ipse subiectus. Sed cum hoc fuerit imple-
 tum, ponet illum deus quasi signaculum in manu
 sua. Hunc enim signauit deus pater: & hic est ima-
 go dei inuisibilis, & forma substantiæ eius, ut qui-
 cunque crediderit in deum, hoc quasi anulo consi-
 gnetur. Obsecro te lector ut ignoscas celeri sermo-
 ne dictati: nec requiras eloqui uenustatem quam
 multo tempore Hebrææ linguæ studio perdidici:
 quamquam me Aleto semper infantē ac mutum
 fuisse autemet. Cui ego dicā: Dominus dabit uer-
 bum euangelizanti uirtutem multam.

Commentarij Hieronymi in Ag-
 geum prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM

Zachariæ ad Exuperium Tholosanum episcopum prologus.

Nltimo iam autūni tempore frater noster, filius tuus, Sisinnius monachus, tuæ mihi di-
 gnationis epistolam reddidit: qua lecta, gauisus sum esse te sospitē, & memorē mei: om-
 niumque fratrum qui in sanctis locis dño seruiūt: in quorum refrigerijs facis tibi amicos
Psal. 83. d de iniquo Mammona, & præparas æterna tabernacula, ut possis cum Dauid dicere: Quam
 dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiscit & defecit anima mea in atria domini.
 Si enim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, ubi ponat pullos suos: cur tu qui pon-
 tiffex domini es: & calcas in fine mundi torcularia, ut sitientibus populis sanguinis Christi
 uinum tribuas, non libere proclamabis ac dices: Cor meum & caro mea exultauit in deum
 uiuum: beati qui habitant in domo tua. Audio te in ualle lachrymarum, in loco quem deus po-
 suit ad certamen, ut uincens coronam daret: ascensiones in tuo corde disponere, & ire de uir-
 tute in uirtutem: & imitari domini paupertatem, ut cum illo diues fias, & in te reclinet caput, &
 per singulos dies suscipiatur, uisitetur, alatur, uestiatur, & præcipue in sanctarum scripturarum
 lectione feruere. Cumque tibi cuperem ingenio mei aliquod offerre munusculum, & cœpta in
 duodecim prophetas explanatio perueniret ad calcem, susceptū opus deferere nolui: sed quod
 & absque te dictaturus eram, tuo potissimum nomini consecraui, & gaudeo quod obscurissi-
 mus liber Zachariæ prophetæ, & inter duodecim longissimus: eo tempore differendus est: quo
 ob festinationem eius qui reuersurus est: nullam moram patitur interpretatio: sed uelim nolim
 saltem lucratiuis per noctem horis atque furtiuis dictare compellor, quod tibi dirigam. Scripsit
 in hunc prophetam Origenes duo uolumina usque ad tertiam partem libri à principio. Hippo-
 lytus quoque ædidi commentarios: & Didymus quinque explanationum libros me rogante
 dictauit: quos cum alijs tribus in Osee & Micheā *Προεφώνησεν*: sed tota eorum *Ἑρμηνεία*
 allegorica fuit, & historiæ uix pauca tetigerunt. Itaque imitari cupiens illum patrem familias, qui
Cant. 7. d profert de thesauro suo noua & uetera: & sponsam de canticocanticorum, quæ dicit: Noua cum
 ueteribus fratrueis meus seruaui tibi: historiæ Hebræorum Tropologiam nostrorum miscui,
 ut ædificarem super petram & non super arenam, ac stabile iacerem fundamentum, quod Pau-
 lus architectus posuisse se scribit. Tuæ beniuolentiæ erit, non eruditionem nostram, quæ uel nul-
 la uel parua est: sed pronam in te suscipere uoluntatem: ut nos ad cætera prouoces, & in longo
 scripturarum campo currere cohorteris. Si qui autem sunt quibus interpretationem & horum
1. Cor. 13. b & aliorum uoluminum ante promissi, ignoscant incredibili in te amorī meo: & quicquid tibi scrip-
 psi, sibi scriptū arbitrent. Charitas enim benigna est: charitas nō æmulatur: non quærit quæ sua
 sunt. Sed iā tēpus est, ut Zachariæ uerba ponētes, spiritui sancto interpretationis uela pandamus.